



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 160. Sigismundi conatus Papam a proposito revocandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. CLX.

Sæcul. XV.
A.C. 1415.*Sigismundi conatus Papam a proposito
revocandi.*

Ex illo temporis articulo Imperator Pon- *Naucler.*
 tificem vigili oculo observari jubet, *gener. 48.*
 adeo, ut diversis ex intervallis ad ejus *p. 439.*
 cubile, imo ad lectum usque explorato-
 res mitteret. ipse quoque eum a concepto
 suo proposito dehortaturus aliquando
 accessit, ubi illum in lecto suo jacentem
 reperit, multis conquestum, quod vix
 mentis compos esset, eo quod crassior Con-
 stantiensis cæli tempesties caput aggra-
 varet, nec eam diutius ferendo par esset;
 cum vero Sigismundus ei complura Ur-
 bi finitima loca, eaque amænissima, at-
 que ad captandum salubriorem aerem
 opportuna commendaret, rogaretque, ne
 Concilium, donec absolutum esset, dimit-
 teret, minus vero clandestina fuga aut
 alio quovis indecenti modo recederet,
 Papa respondit, se nullatenus ante disso-
 lutam Synodus discessurum. In quo
 contra mentem suam haud locutus cen-
 seatur, existimabat enim, fugam suam, at-
 que exinde Concilii dissolutionem uno eo-
 demque temporis articulo subsecuturas.

§. CLXI.

F f

Hist. Ecclesiast. Tom. XXV.